

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII**

De postulatione Iudæorum, qua latronem ad vitam, Christum verò ad  
crucem petebant, Theo. XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

**DE POSTULATIONE IUDÆORVM, QVA L**  
**tronem ad vitam, Christum vero ad crucem petebant.**

Theorema XVI.

ARGUMENTVM.

**H**ic qui vita est dator & conseruator, ut potè clementia & beneficentia ipsa piissima, latroni vita spoliatori, seditione artifici postponitur: quo etiam vilior, nequior, atque vita indignior habitus, ad amarissimam crucis mortem postulatur.

**IESUS UT SIT VITÆ DUPLICIS DATOR** &  
*conseruator clementissimus. Concio XVI.*

**P**ossent in hoc argumento duo articuli distinctim sequestrari, qui essent quod vita dator latroni comparatus, nequior vita indignior habuit, & quod clementia & beneficentia suprema ac liberalissima, ad mortem postuletur. Verum utrumque hunc articulum in uno adunatum, citius soluere possumus. Dominus noster Iesus Christus, est nobis vita dator, et vita seruator, est redemptor, est etiam saluator noster. De hoc quia diffiditomo, non longa indiget comprobatione. Qui enim mortuos poterit resurrexisse, haud dubium est, esse eum vitæ autorem & datorem. Præter tamen hanc naturalem corporalemq; vitam, est alia vita spiritualis, qua anima vivit aeternum. Qui credit (inquit) in me, non morietur in aeternum, sed habebit vitam aeternam. Huius vita pariter est collator. Ad hoc enim venit in mundum, ut vitam habeant, & abundantius habeant, vitam nimis rursum gratiae iustificantis. De hac vita loquitur, quando dicit: Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, non morietur in aeternum. Item: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, non morietur in aeternum. Item: Nolo mortem peccatoris, sed magis convertatur & vivat. Haec est vita qua vivunt etiam iij, qui corpore mortui sunt.

Clementia  
Christi quā  
sunt immensa.

**Clementia**  
Christi quā  
sunt immensa.

Ioan. 11.  
Ioan. 10.  
  
Ioan. 8.  
Ioan. 6.  
Ezech. 18.  
  
Ioan. 9.  
Matth. 8.  
Marc. 7.  
Lucas 14.  
Ioan. 6.

Porrò quod clementia sit, atque ipsa adeo beneficentia Dominus Iesus, non potest esse obscurum. Clementiam enim hic vocamus, benevolam inclinationem cordis animi compatiscentis affectum, quo aut alienam quis tristitia commiserans, aut de felicitate aliorum gaudens, per dulcem quendam charitatis affectum, quem proximo communicat, qua aliorum sunt, suabitatur. Videamus hinc, quam clementiam possideat Christus: nonne immensam? nonne infinitam? nonne eam quæ tons origo est omnium hominum, de qua ad indignos quescunt beneficentia emanat? Haec clementia illuminauit cæcos, curauit languidos, surdis auditum, claudis gressum, mutis restituit eloquium: energumenos, paralyticos, leprosos, sanitati, integrantq; restituit. Paupes esurientes, saepenumero ipse esuriens, afflitos confortabat, consolabatur mœstos, timidos tutabar. Quid plura? Erexit cadentes, operario affectos excusat, afficienes verò humiliat, tentatos defendit, horret despectos, tyrannos arguit & seductores. Exaltauit humiles, & simplicia docet.